

26. *Quo illum vidisti percussum, eo est percussus:*

*Sed oculo illum vidisti:*

*E. Oculo est percussus.*

Resp. *Æquivocatio latet in voce quo significante 1. organon videndi. 2. medium percussionis.*

*Monachi Latinis, sine inspectis Græcis, inhærentes, olim locum ad Tit. 3. v. 10. hæreticum hominem post unam atq; alteram admonitionem devota, ita interpretati dicuntur, quasi esset, vom Leben zum Tode bringen/ hoc est, interfice, perime, ferro & igne persequere: Quum tamen in fontibus habeatur παρὰ τὸ, fuge, Syriacè לְהַטְּחֵנִי תְּסֻבְּחֵנִי te subducito.*

Tali ambiguitate *Romani deceperunt Antiochum* cum quo pacti erant de dimidio navium reddendo. Itaq; singulas naves dissecuerunt, & cujusq; navis dimidium reddiderunt.

Sic lusit *Æsopus Mercurium*, cui promissit dimidium ex nucibus; post ipse comedens nucleos, Mercurio dedit putamina.

In